



**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS  
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione  
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque  
humanae uitae specu//la**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1540**

Stimulus siue adhortatio, ad pœnitentiam. Cap. I.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](#)

SPECVLVM

¶ Stimulus siue adhortatio, ad  
pœnitentiam. Cap. I.

**I**Am ad ultimum, scilicet ad stimulum pœnitentie, in primo huius totalis libri prologo propositum spiritu Iesu operante manum mitens, accipio profundamento & loco thematis illud quod scribit Sapiens: Dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Circa materiam de pœnitentia notanda sunt quatuor, scilicet quæ quatuor sunt pœnitentie incitamenta, quæ quatuor pœnitentie impedimenta, quæ quatuor pœnitentie documenta, & quæ tuor pœnitentie emolumenta. Quatuor pœnitentie incitamenta sunt ista, amor Christi quem offendimus, dolor pro gratia quam amissimus, horror pœnæ quam incurrimus, & timor mortis ad quem de currimus. Inter hec quatuor primum incitamentum ad pœnitendum est amor Christi, quem offendimus. Si enim Christi beneficia cogitemus, & nostram ingratitudinem ponderemus, non est dubium quæ si usum ratiōis habemus, occasionem pœnitentie sentiemus. Scribūt naturales, quæ harpeia suis est habens faciem quasi hominis. Sed est avis multum crudelis et ferox, in tantum, quæ interdum fame stimulante hominem inuadit & occidit. Si tiens ad aquam uolat ut bibat, ubi faciem suam intuens & sibi similem semper occidisse recolligens, tanto dolore compatitur, quæ exinde quandoque moritur. Quid igitur nos ratione uigentes fa-

Sapi. 11.

Chri bñsi  
ciorum et  
nřę ingra  
titudinis  
collatio.

ciemus, quando dominum nostrum & fratre no-  
strum Christum q̄tum nostra interfuit nos occi-  
disse cognoscimus. Hoc autem uidemus expresse,  
cum uerbum dei audimus, uel deuota sanctorum  
scripta legimus. Et quicunque noti poenitent de  
peccatis ista recogitans, non est perfecte Christia-  
nus nec euangelio Christi credit. Et ido signanter  
dicitur Marci, 1. Poenitemini & credite. Secun-  
dū incitamētum est dolor pro gratia q̄ amissimus  
Efficimur enim per culpam de filijs dei filij diabo-  
li, de familiaribus & amicis Christi, hostes & p-  
ditores & emuli, & de regni cœlestis hæredibus  
sumus exules & proscripti. In libro de naturis re-  
rum dicitur, q̄ sit quedam avis que uocatur avis  
paradisi, q̄ propter insignem pulchritudinem sic  
uocatur. Sunt enim penne eius avis adeo pulchre  
& mirabiles, q̄ nullus color eis deesse creditur.  
Vox eius est ita dulcis & pia, q̄ possit in homine  
deuotionem & gaudium excitare. Hęc avis si ca-  
pta fuerit & illaqueata, irremediabiliter plangit  
& gemit, nec unq̄ plangere desinit, donec reddita  
fuerit libertati. Moraliter avis ista est figura &  
exemplum anime Christiane. Hęc anima quādo  
est in gratia est avis pulcherrima, q̄a in ea relucet  
imago trinitatis naturaliter sibi impressa. Imago,  
inq̄, decorata uirtutibus & grā, ut nihil sibi desit,  
quin sit dei figura & patrie cœlestis incola gratio-  
fa. Ista illaqueatur & capitur in laqueo d̄emonis,  
quādo peccar. Quid ergo restat ei facere, nisi plan-

## SPECVLVM.

gere & plorare, flere & dolere, & incessant pernitere, donec per gratiam reconciliationis in statu pristinum reducatur, & de bufo diaboli statu denuo auis paradisi. Sic placit & gemuit sanctus Iatro, iuxta Christum suspensus, donec a fonte gratiae, Christo a quo plenarium omnium peccatorum suorum remissionem & gratiam obtinuit, audiuit.

**Luc. 23.** Amen dico tibi, hodie tecum eris in paradiſo. Et ideo bene dicitur Matthaei. 2. Poenitentiam appetere, appropinquabit enim regnum coelorum. Tunc incitamentum poenitentiae est horror poenitentiae incurrimus. Istum horrorem satis sibi impremit sanctus Iob, quando dixit. Dimitte me erga ut plangam paululum dolorem meum antequam & non reuertar ad terram tenebrosam &

**Iob. 10.** & opertam mortis caligine, terram miserie & nebrarum, ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Et Apostolus ad Hebreos. Horribilis est incidere in manus dei uiuentis. Vnde beatus Gregorius. Horrendo modo fit miseris mors & mors semper uiuiri, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit, mors perimit & neneringuit, dolor cruciat, sed paucorem non fugat, & ma comburit sed tenebras non excutit. Hec ergo. Istud poenitentiae incitamentum multos mouit, quia sic a timore poene qui est timor serviis & contemplationis dignitur timor filialis, sicut seta precedit

**Heb. 10.**

**6. Mora.**

lum secundum August. Et sic incepit Iohannes baptista predicare Iudeis, Pharisæis ac Saducæis dicens; Progenies uiperarum quis uobis demonstrabit fugere auētura tra? Facite ergo fructum dignum poenitentiæ. Matthæi, 3. Quartum incitamentū poenitentiæ est timor mortis qua ad poenā transcurrimus. Hęc enim ratio est secundum beatum Grego. quare deus diem mortis nostre nobis incertum esse uoluit, ut dum semper ignorat semper proximus esse creditur, & ideo semper parti inueniamur. 12. Moral. Poenitentia autem post mortem est impossibilis, quia homo in morte desinit esse uiator. Poenitentia prope mortem est ualde difficultis, tum quia dolor lenguoris corporis occupat tota liter uires mentis, & cum homo tantum unicum cor habeat non habet pro tunc ubi dolorum pro culpa producat, tum quia homo tunc non potest esse certus an doleat p peccato suo ductus timore an ductus amore. Vnde beatus August. in quodam sermone & ponitur in canone de poenitentia dis. 2. Quando morbus urget & poena terret, ad ueram uix q̄s ueniet satisfactionem, maxime cum filij q̄s illicite dilexerat sint presentes, uxor & mundus ad se uocent, multos enim solet serotina poenitentia decipere. Hęc August. Quando enim persona nobilis infirmatur grauerter, uix uenit aliquis qui de animę suę salute audiat sibi loqui. Executores solicitatur circa diuitias & the-

## S P E C V L V M.

fauros, medici circa corporis medicinam, uxori  
filij & amici contra conscientiam, consolantur  
infirmum mentientes, & sic miser non permittit  
tur de peccatis suis cogitare, nec animę suę statu  
salubriter ordinare, & sic iusto dei iudicio se da  
nationi exponit. Vnde Ecclesiasticus. Si poeniten  
tiā egerimus incidemus in manus dei, & non in  
manus hominum. In manus hominum incidimus  
si sacramentum poenitentię debito modo suscip  
imus. Sed in manus dei incidimus, qñ post mortē  
tempus sacramentorum transimus.

Eccī. 2.

### D e i m p e n d i m e n t i s p o e n i t e n t i æ . C a p u t I I .

**S**Ecundo dicebam, qđ quatuor sunt poeniten  
tię impedimenta, uidelicet pudor propalan  
di, timor recidiandi, ardor delectandi, tor  
por prestolandi. Primo ergo uolenti efficac  
ter poenitere obiicit pudor qđ homo confunditur  
alteri hominum reuelare illud quod solum nouum  
est deo & angelo & demonibus, & forte multis  
sanctis animabus & peccati. Et iste pudor est pri  
mus armiger, quem diabolus mittit cōtra uolen  
tem salubriter poenitere. Vnde qđam sanctus ui  
dit diabolum inter poenitentes incedere & faci  
entem eos erubescere in ecclesia, dum pararent se  
ad confessionem. Qui adiuratus a qđam sancto  
& interrogatus, qđ inter eos poenitentes taceret